Vobis benignisq́ vtier.velut Laco
Athenienſes eſſe fortes faſſus eſt,
Sed in tabella:Pace ſic tantùm licet
Picta fruiſci,quamq́ nolint Pictones.
Ergo in poëſi ſiue pictura modò
Aucti eritis iſto Pacis infortunio.
Pacem reapſe quam putatis in malis
Dare nec potis ſim,ſiue poſſim,non duim.
Qui ſeruat inuitum,quaſi occidat facit:
Quòd ſi in duello ſit ſalus,ô Pax vale.
Non ſum poëta Pacis,at verſor magis.
Quid rurſus ora auertitis? non fecimus
Vorſuram,vt iſti bella qui crepant nimis.
Irena Ariſtophani vetus Comœdia eſt,
FLORENS *recentat atq́ vortit barbarè:*
Hoc eſt Latinè quantum & vt potuit, neque
Vanos latratus aſſis iſtorum facit,
Qui docta in hiſce vellicant conamina,
Noſtrate lingua poſtulantes ſcribere,
Vt ne quod ipſis non adeſt & neſciunt
Nobis ſit,etſi non abeſt quòd tantùm habent.
Vorſura vobis ſi placebit,plaudite,
Vel ſi nihil ſapit vetuſti,claudite.
Non acta non exacta certe fabula eſt.
Nec ciccum vt illa ſtet cadátve,interduim.
Placet hoc,in ipſis caſibus laus publica eſt,
Tantum eſt,valete:Nolui hoc neſcire vos.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ πρόσωπα.

Οἰκέτης.
Ετερος οἰκέτης.
Τρυγαῖος.
Παῖδες Τρυγαίου.
Ερμῆς.
Πόλεμος.
Κυδοιμός.
Χορὸς γεωργῶν Αθμονέων.
Θεράπων Τρυγαίου.
Ιεροκλῆς.
Δρεπανουργός.
Λοφοποιός.
Θωρακοπώλης.
Σαλπιγγοποιός.
Κρανοπώλης.
Δορυξόος.
Παῖς Λαμάχου.
Παῖς Κλεωνύμου.

DRAMATIS Perſonæ.

Verna,
Alter verna,
Trygæus,
Liberi tryg.
Mercurius,
Bellum,
tumultus,
Chorus agricol. Athmon.
Famulus trygæi,
Hierocles,
Falcarius,
Criſtarius,
Loricarius,
tubifex,
Galearum propola,
Haſtarius,
Puer Lamachi,
Puer Cleonymi.